Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8143
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

loquitur humanitatis/ quam suscipiendo minoratus
est psalmista ab angelis/ et in qua resurgendo a mor-
tuis gloria et honore coronatus est/ et constitutus
super opera manuum patris. omnia quæ subiecisti pedibus
eius. Nuci/ quæ omnia/ etiam mors ipsa/ ipse ei adscripsit
punitentiam esse. eius pedibus substratam esse. Ad ergo
psalmista/ de duo resurgente a mortuis ait/ patri
omnia subiecisti sub pedibus eius/. hoc est utique quod
resurgens ipse dus/ ait discipulis. Data est mihi omnis
potestas in celo et in terra. Et quidem/ etiam primus qui
a morte resurgeret. noverant angelice celo in-
habitantes/ nec se subditas hominum. quæ a suo conditore
specialiter assumptum esse videbant/ sed esse inter ho-
minis dedignabantur esse subditas. quæ communi
scilicet mortalitate/ corrumpebant indutum. contemp-
nebant eius virtute in mortalibus intelligere di-
vinitatem. cui visibilitate impassibilibus in ce cernebat
humanitatem. Propter quod hemque mediator ipse de
et hominum. etiam hominibus interim notum fieri voluit.
quam data sit ei omnis potestas in celo et in terra/
quatinus et ipsi cum angelis in celo una possent hyme-
nemque. Misit doctores/ qui cunctis per orbem nationibus
verbum vite predicarent. Euntes inquit docete omnes
gentes. baptizantes eos in nomine patris et filii
et spiritus sancti. docentes eos servare omnia quæcumque
mandavi vobis. Rectissimus autem ordo predicandi
et moderamen quoque predicatoribus certe diligentissi-
me sectandus. ut primo quidem doceatur auditor.
deinde fidei sacramentis imbuatur. deinde servan-
dis divinis mandatis/ ex tempore liberius instruat.
quia neque indoctus quisque et ignarus christiane-